



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 101. Summus Pontifex ad ineundam pacem valde propensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. CI.

*Summus Pontifex ad ineundam pa-  
cem valde propensus.*

*Thu. hist. l. 8.* Hæc oratio, præcipue vero Regis in-  
versus finem. terdictum de pecuniis Romam mit-  
*Pallav. l. 13.* tendis, summo Pontifici ingentem crea-  
*cap. 2.* bat molestiam, ejusque animum vehe-  
men-

dinalis operam dabant, ut res componeretur, pag-  
mihi 631. Hist. lib. 6. edit. Parisinæ ann. 1604.  
Qua autem ratione Continuator in Clementem VII. Anglicanæ defectionis culpam con-  
jicere ausus fuit, cum tamen in historia Regii  
divortii eundem Clementem saepius Henrici VIII.  
Regis partibus favisse retulerit. En! quam sub-  
dolis artibus Pontificum hostes suis historiis  
ea inferre satagant, quæ lectoribus odium  
erga Ecclesiam, ejusque caput instillare que-  
ant, ac Progressu temporis tantam obtinent  
auctoritatem, ut ab aliis postea Scriptoribus  
denuo, ac saepius recensita, atque ab incautis  
Lectoribus percepta, tanquam facta extra om-  
ne dubium posita, ac certa veritatis argumen-  
ta recipiantur. Revocentur ad sanam crism  
pleraque schediasmata adversus Pontifices pa-  
sim evalgata, & me hercle! prudens Lector  
ex conflictis ejusmodi documentis ea esse hau-  
sta deprehendet, simulque agnoscat, quam du-  
bia sit hodie plurimorum Scriptorum fides.

menter commovebat ; atque illi pacis Sæcul. XVI.  
 consilia inspirabat : quo circa Turnonio A.C. 1551.  
 Cardinali hæc in responsis dedit : „ De  
 „ sincera mea amicitia Regem Christia-  
 „ nissimum omnino certum reddas ve-  
 „ lim , eique significes , quod nunquam  
 „ cogitaverim ; minus vero arma in eum,  
 „ sed unice contra Octavium Ducem  
 „ strinxerim : „ Insuper eidem Cardina-  
 li , ut ipsus de pace cum Rege ageret ,  
 injunxit , quinimo addidit , quod maxi-  
 me optet , ut suum , Regisque honorem  
 illæsum servaret . Postea Regem roga-  
 bat , ut Legatum suum ad eum decerni ,  
 æquo ferret animo . Ad hæc Henricus  
 II. harum propositionum haud ignarus  
 ad postremam speciatim respondit , Le-  
 gatum omni benevolentia , cunctisque  
 honoribus suæ dignitati debitibus exce-  
 ptum iri , nec Regis obsequium in Se-  
 dem Apostolicam ob præfens bellum ul-  
 lo pacto fuisse labefactatum . Hac pro-  
 missione fretus Pontifex Cardinalem  
 Verallum nominabat Legatum , Carpi-  
 um vero itidem Cardinalem eadem  
 Legati dignitate auctum ad Cæsarem  
 ablegabat .

### §. CII.

#### *Synodi Tridentum revocatæ con- tinuatio.*

Primis hisce concordiæ auspiciis sum-

X 2

mo

